 tis ut victor supera vitit orcu.  
 Scandit hic vitam simul ad  
 beatam: Summa pro magnis  
 meritis adeptus Praemia palma.  
**E**rgo regnantem flagitemus

ipsum

ipsum. Cum sua sponsa veniā pre  
 cetur. Supplicet ut nos capiamus  
 alta. Præmia cali. **L**aus Patri summo.  
 Genitoque semper Flamini sacro  
 simul & potestas: Qui Deus sim  
 plex ditione solus. Cuncta ga  
 bernat. **In festo S loac**  
**him Patris. B.V.**  
**Ad velperi**  
**& vigi**  
**lias**  
**A**d tuas laudes loachin  
 propinquat. Hic chorus noster

celebratque festum. Corde de  
 uoto memorans. quod ex te Gra  
 tia prodit. **V**a tibi dictū steri  
 li tuaque. Coniugi quondam  
 peperit dolorem. Gaude cū  
 tādē de decus sacrata. Abstu  
 lit infans. **V**irginū Virgo fa  
 cit orta toti Gaudiū mundo:  
 parit illa quippe. Qui necē vin



cat. tribuens beatæ. Munera vitæ.

**L**onga te regū sines, ducumq;

Anteit priscos numerando Patres.

Hi redemptorem procul intuen-

tes. Tu pater e dis. **O** tui

felix aue conditoris. Inter anti-

quos magē chare patres. Tu po-

tens nostras humiles precamur.

Suscipe voces. **G**loria Patri geni

taque ptoli. Et tibi compar vtriuf.

que semper. Spiritus alme. Deus

vnus omni Tempore laeli. **S**anctē

**L**esu paterna claritas **Hymnus**

Et cetera spes si deliū **A**uo tuo

perfoluimus **L**audes pias cū

can tics. **H**unc inter omnes

e ligis. **Q**uorū probata sancti

tas. Dauidis ut de semine **M**atrē

zstiam producet. **D**e stirpe na  
 tus I sa il Proles fidelis Abrahā.  
 Virtutē rara splendūdu Reges  
 ducesque praterit. **A**nna mari  
 tus optimus. Dei probatur nunc  
 Quod prole nullā gaudeat. Va tr  
 diosum sustinet. **P**robrum nouā  
 tur gaudio. Quando Maria nasci  
 tur: Quandoē crescens profi

Fête de St. Benoît.

Laudibus cives resonans  
 canoris; Tempa dolemnes  
 modulentur hujus, Hac die  
 summi Benedictus arcem.  
 Scandit Olympi. *à la Translation  
en l'an 5*  
 Aurea summi Benedictus  
 arcis Gaudet Olympi.  
 Ille florentes peragebat annos.



Cum puer dulcis patricæ pe-  
natas, Siquis, et solus latuit  
Silenti Conditus antro. —  
Inter urticas, rigidosque den-  
tes, Vicinatricem scelerum  
juventam: Inde conscripsit da-  
cumenta vitæ, Dulcibra beatæ.  
Breem turbis Clavii figuram,  
Et nemus Stravii veneri dicar

tum, Atque Baptistæ posuit  
Sacrato, Monte sacellum. —  
Jamque felici residens Olym-  
po, inter ardentis Cherubim  
catervas, Spectat, et dulci re-  
ficiæ clientum Corda liquore: —  
Gloria Patri gentæque Troli,  
Et tibi compar utriusque semper,  
Spitus alme Deus unus omni,

tempore seeli. Amen. —

### Matinee.

Quidquid antiqui cecinere,  
Vatas, Quidquid æternæ mo-  
nimenta legis, Continer no-  
bis celebranda summi Vita  
Monarchæ. — Extulit Mo-  
sen pietas benignum, Inely-  
tum prolece Abraham

decoras, Isaacæ Sponsæ de-  
cus et deveri, Jussa paren-  
tis. — Ipse virtutum cumu-  
lis onustus, Celsior nostri  
Patriarcha cætus; Isaac,  
Mosen, Abraham sub uno,  
Sectore clausit. — Ipse  
quos mundi rapuit procellis:  
Hic pius Statu Statuar



Secundo, Pax ubi nullo re.  
 quiesque glisciu, Mixta pa.  
 vore. — Gloria Patri geni.  
 tæque Proli, Et tibi compar  
 utriusque semper, Spiritus  
 alme, Deus unus, omni,  
 Tempore seeli. — Amen. —  
 St. Benoit, O Laudeo.  
 Inter æternas superum coro.

nas; Quas sacro partas re.  
 tinent agone, Emicas cel.  
 sis meritis coruscus O  
 Benedicite. — Sancta te  
 compsiu puerum senectus, Nil  
 sibi de te rapuit voluptas,  
 Avuiu mundi tibi flos ad alta  
 mente levato. — Nunc fu.  
 ga lapsus patriam parentes

Deseris feruens eremi colo-  
nus, edomas carnem subigis-  
que Christo, Tortor acerbus.—  
Se diu tutus latebras fove-  
res, Signa te produnt operum  
piorum: Spargitur felix cele-  
bri per orbem, fama volatu.—  
Gloria Patri, genitricique Pro-  
li, Et tibi compar utriusque

Demper, Spiritus alme, Deus  
unus, omni Tempore deeli.

Armon

Hymne pour l'Invention de

— La Sainte Croix. —

Vexilla Regis prodeunt,  
Fulget Crucis Mysterium,  
Quo carne carnis Conditor  
Suspendus est patibulo.—



Quo vulneratus insuper,  
Muerone diro lanceae,  
Ubi nos lauaret crimine,  
Manavit unda et sangui-  
ne. — Impleta sunt quae  
concinis, David fidei  
carmine, Dicens: in Na-  
tionibus, Regnavit a  
ligno Deus. —

ne Deus. **A**rbor decora &  
fulgida. Ornata regis pur pu-  
ra. Electa digno stipite Tam-  
sacra membra tan gere. **B**e-  
ata cuius bra chiis. Sa di pe-  
pendit pre tium Statera fac ta  
corporis. Praclamque tulit tar-

tarj. **O** Crux ave spes v nica  
 In hoc Paschali gaudio. Auge  
 piis ius titiam. Reisque do na  
 ve niam. **T**e summa Deus Tri  
 nitas. Col laudet omnis Spiritus:  
 Quos per Crucis mysteriū. Sal  
 uas rege per sa cula. **A. mē.**

**Ad Vigiliis Hymnus** Pange  
 lingua gloriosi Præliū. **Ad Lau  
 des Lustris** sex qui iam peractis.  
**In Apparitione & Dedicatione**  
**S. Michaelis, ad Vespers**  
**& ad Vigiliis. Hymnus.**

**T**ibi Christe splendor Pa  
 tris. Vita. virtus. Cordiū In con  
 spectu Angelorum. Votis voce  
 psallimus. Alternantes concrepā  
 do. Melos damus vocibūs. **V**  
**C**ollaudamus venerantes  
 Omnes caeli milites. Sed præcipi  
 ē primatem Cælestis exercitus.  
 Michaelē in virtute Conterē



4o. ten. Zabulū. **Q**uo custode pro  
 cid pelle. Rex Christe piissime.  
 Omne nefas inimici. Mundo corde  
 & corpore. Paradiso redde tuo.  
 Nos sola cle mentia. **G**loriam  
 Patri melodis Personemus voci  
 bus: Gloria Christo canamus Glo  
 riam Paraclito. Qui trinus & vnus  
 Deus. Extat ante secula Amen.

**C** Ad Lau  
 des  
 Hriste sanctorū **H**ymn  
 decus Angelorum. Rector hu  
 mani generis & autor: Nobis  
 aeternum tribue benignus Scā  
 dere calum. Angelum pacis  
 Michael ad istam. Caritus mit  
 ti rogitamus aulam. Nobis vt  
 crebro veniente crescant. Prof  
 pera cuncta. **A**ngellus fortis

Gabriel ut hostem. Pellat antiquū  
 volitet ab alto. Sapius templū ve  
 niens ad istud Visere nostrum,  
**A**ngelum nobis medicū salutis,  
 Mitte de cælis Raphael vt omnes  
 Sanet aegrotos. pariterque nos  
 tros Di rigat actus. **H**inc Dei  
 nostri Genitrix Maria. Totus &  
 nobis chorus Angelorū. Sem

per

per assistat. simul & beata Con  
 cio tota. **P**aritet hoc nobis De  
 itas beata. Patris ac Nati pari  
 terque sancti Spiritus cuius  
 reboat in omni Gloria mundo *Ame*  
**In Natiuitate S. Joannis**  
**Baptista. Sed Vesperas**  
**Hymnus.**

**V**T queant lacis resonare  
 fibis. Mira gestorum famuli  
 tuorum. Solue polluti labij

scatū



¶ creatū Sancte Ioannes. **N**untius  
 cello veniens Olympo. Te patri  
 magnū fore nasciturum. Namē  
 & vita seriem gerenda. Ordine  
 promit. Ille promissi dubius su-  
 perni Perdidit prompta mo-  
 dulos loquela: Sed reformasti  
 genitus perempta Organa vocis.  
**V**entris obstruso recubans cubi-

li Senferas Regem thalamo mi-  
 nentem: Hinc parens nati me-  
 ritis vterque Abdi ta pandit.  
**G**loria Patri genitque Proli.  
 Et tibi compar vtriusque semper:  
 Spiritus alme Deus vnus. omni  
 Tempore facti. *Ad* *Vigilias* *Hymne*  
**A**Ntra deserti teneris sub  
 annis Ciuium turmas fugiens

petisti: Ne leui saltem macula,  
 re vitam Famine posses. **P**robu-  
 it hirtū tegumen camelus. Artu-  
 bus sacris strophium bidentes.  
 Cui latex haustam. sociata pastū  
 Mella locustis. **C**eteri tantum  
 cecinere Vātū Corde praelago iu-  
 bar affuturum: Tu quidē mundi  
 scelus auferentē Indice prodis.

Non fuit vastuspatium per or-  
 bis. Sanctior quisquam genitus  
 Ioanne. Qui nefas secli meruit  
 lauanti. Tingere lymphis **G**lori-  
 ut supra. **A**d Lau-  
 des  
 a Patri & **H**ymnis.  
**O** Nimis felix meritique  
 celi. Nesciens labem niuei pu-  
 doris. Præpotens Martyr, eremi-  
 que cultor. Maxime Vātum.



**S**erta ter denis alio coronat.  
 Aucta clementis duplicata quos  
 dam Trina centeno cumulata  
 fructu. Te sacer ornant. **N**unc  
 potens nostri meritis opimis  
 Pectoris duros lapides repelle  
 Asperum planans iter. & refle-  
 xos Dirige calles **V**t pius mu-  
 di Sator & Redemptor. Menti-

bus

bus culpa sine labe puris Rute-  
 dignetur veniens sacros Po-  
 nere gressus. **L**audibus cives  
 celebrant superni. Te Deus sim-  
 plex pariterque Trine. Suppli-  
 ces & nos veniam precamur.  
 Parce redemptis. **P**t me.  
 In festo SS. Apostolorum  
 Petri & Pauli  
 Ad Vesperas. **H**ymnus.  
**A**Vrea luce & decore

rosco

✠ rosas. Lux lucis omne perfu-  
 disti saculū. Decorans calos in-  
 clyto martyrio. Hac sacra die,  
 qui dat reis veniam. **I**nitor  
 cali Doctor orbis pariter. Iudi-  
 ces sa- di. vera mundi lumina.  
 Per crucem alter alterense trium-  
 phans Vita senatum laeati  
 possident. **O** felix Roma.

qua

qua tantorum principū Es ✠  
 purpura ta pretioso sanguine.  
 Non laude tua, sed ipsorū me-  
 ritis. Excellis omne mundi pul-  
 chritudinem. **S**i Trini tati  
 sempiterna gloria Honorpo-  
 testas, atque iubilatio. In vni ta-  
 te, cui manet imperiū Extunc  
 & modo per aterna sacula. *Ame*



142 *Ad Vigilia Hymnus. A* ter,  
na Christi munera. *de Comu*  
ni Apostolorum *Ad*  
Laudes Hymnus.

**L**am bone pastor Petre clemēs  
accipe Vota precantū & peccati  
vincula. Resolue tibi potestā  
te tradita. Qua cunctis calum  
verbo claudis, aperis.

**D**octor egregie Paule  
mores instrue. Et mente po  
lum nos transferre satage. Donec

per

143

per fectum largiatur pleni us

Euacuato quod ex parte geri

*In festo S.*  
*Maria Mag*  
*Ad Vesperas*  
mus. Sit Trinitate

**P**Ater superni luminis. Cū

Magdalenam respicis Flāmas

amoris excitas. Geluque sol

uis pectoris. **A**more currit

sau cia. Pedes beatos vn gere.

Lauare fletu ter gere. Comis

ore

& ore lambere. **A**d stare non  
 timet Cruci Sepulchro inhæ-  
 ret anxia. Truces nec horret  
 milites: Pellit timorem *charitas*.

**O** vera Christe, Charitas.  
 Tu nostre purga crimina. Tu  
 corda reple gratia Tu redde  
 Cæli præmia. **D**eo Patri sit  
 gloria Eiusque soli Filio Cum

Spiritu

Spiritu Paraclito. Et nunc & in  
 perpe tuum. *Ad* **A**men. *Vig* *lias*

**N**ardo Maria pistico Un-  
 xit beatos Domini. Pedes ri-  
 gando lachrymis Et detergē-  
 do crinibus. **H**onor decus im-  
 pe riū. Sit Trinitati vnicæ Pal-  
 tri. Nato. Paraclito. Per in fini-  
 ta sæcula. *Ad* **A**men. *El* *ymnus*.



**A**E terni Pa tris Vnice. Nos  
 pio vultu respice. Qui Magda  
 lenam hodie Vocas ad thro  
 num gloria. **I**n thesau ro re  
 posita Regis est drachma per  
 dita: Gēmaque luce indyta  
 De luto luci reddita. **I**e su  
 dul ce refugiu Spes una poe  
 nitentiū. Per peccatrici me ri  
 tum.

tum. Peccati solue debitum. ✠  
**P**ia ma ter & humilis Natura  
 memor fragilis. In huius vita  
 fluctibus Nos rege tuis precibz  
**V**ni Deo fit gloria. Pro mul  
 ti formi gratia Qui culpas &  
 suppli cia Remittit & dat pra  
 mīa. **I**n festo **S**an  
 ctę **M**arię **V**ir  
 ginis **A**d Vespē  
**O**rbis exultans celebret

hoc festum. Prosequens Annā  
 matrem matris Christj; Quam  
 sacris credit actibus adeptam.  
 Gaudia vi tā. **A**brahā proles  
 Sacerdotum semē Filia Regū.  
 specimen Habrāum. Stirpem  
 sanctorum meritis & vi tā No.  
 bilitavit. **S**terili ventre pri.  
 us infocundā. Nutu diuino

peperit

peperit Mariam. Dominam rerū. **¶**  
 titulum. floremquē Virginitā.  
 tis. **H**ac mediante Iesu Christe  
 nostro. Tergē reatus. noxia pro.  
 pulsans. Filia suā. tuā Matris pre.  
 ce. Propitiatus. Donet hoc no.  
 bis pietas paterna. Simul cum  
 Nato. Spirituquē sancto; Ut ma.  
 tris Annā precibus iuuentur Te

p. in



*Ad*  
*Vigilias.*  
 Capus in omne. Amen. *Hymnus*

**F**aecunda radix Isai Florē  
 pudicum germinat. De i datu  
 ram Filium. Or bi dat Anna  
 virginem. Iam sperat humanū  
 genus. Caput tenebris excitas.  
 Lucēque primam conspicit An  
 na corus cantem sinu. **H**anc  
 vota puri pectoris. Zeloque

concepta

concepta preces Poolem mēte  
 tur omnium Matrem salu tis  
 gignere. **D**eo Patri sit gloria.  
 Eiusque soli Filio. Cum Spiri  
 tu Paraclito. Et nunc & in per  
*Ad Lau*  
*des*  
 pe tuum. Amen. *Hymnus*

**C**Lara die i gaudiis  
 Gestit parens Ecclesia An  
 namque Iudaea decus. Matre

Maria

Mariæ concinit **R**egum  
 pi o rum sanguine lungen  
 sacerdotes suos, Illustris  
 Anna splendidis Vincit genus  
 virtu tibus **C**arlo fauen te  
 contrahit Thori fidelis vin  
 culum. Effœta dudum cor  
 pore. Prolem be a tam con  
 cipit. **A**udit momentis

angeli.

angeli. Felix parens o ra culu. **S.**  
 Castoque format pectore Peren  
 ne formidus vir ginum. **D**e o  
 Patri sit gloria. Eiusque so  
 li Fi lio Cum Spiritu Para  
 cli to. Et nunc & in perpe  
 tuum. **In festo S. Petri ad Vi**  
**tuum. Amen. cula ad Vesp̄s**  
**P**E trus be atus catenaru  
 laqueos Christo iu bente

rupit



**E**rupit mirabiliter. Custos o uilis.

& Doctor Eccle lia. Pastorque

gregis. conseruator o uiu. Arcet

luporu truculentã rabiem.

**G**loria Patri per immensa læ

cula. Sit tibi Na te decus &

imperium. Honor. potestas. san

ctoque Spiritui: Sit Trinitati fa

lus indiuidua. Per infinita læcu

Ad Vigiliã

Hymnũ quod

loru sæcula. Amen. cunque fol.

Ad Laudes Hymnũ. lam bone fol.

In Transfiguratione Domini  
ad Vesperas & Vigiliã Hymnũ.

**Q**uicunque Christum

quaritis. Oculos in altũ tol

lite Illic licebit uisere. Sig

num perennis gloriã. **I**llus

tre quiddam cer nimus Quod

nesciat finẽ pati. Sublime. cel

sũ interminũ. Antiquus celo &

66. chao. **H**ic ille Rex est genti,  
 um. Populi quem Rex Iudaici.  
 Promissus Abraham patri eius,  
 quem in aeternum seminum. **H**unc  
 & Prophetis testibus. Iisdem  
 quem signatoribus. Testator &  
 Pater iubet Audire nos & cre-  
 dere. **G**loria tibi Domine  
 Qui apparuisti hodie. Cum Patre

& sancto

& sancto Spiritu In sempiternum. 67.  
 Ad Lau-  
 des  
 na facula Amen. **H**ymnus.  
**A**mor Iesu dulcissime.  
 Quando cor nostrum visitas.  
 Pellis mentis caliginem. Et nos  
 reple dulce digne. **Q**ua felix  
 est quem facias. Consorter pater-  
 nae dextere. Tu vere lumen Pa-  
 tris. Quod omnem sensum superat.



**S**plendor paternæ gloriæ.  
 Incomprehensa bonitas. Amoris  
 tui copiam. Da nobis præsen-  
 tiam. **G**loria tibi Do-  
 mine. Qui apparuisti hodie.  
 Cum Patre & sancto Spiritu.  
 In sempiterna sæcula. Amen.  
*In susceptione Sanctæ Coronæ  
 Ad Vesperas & Vigilias.  
 Hymnus.*  
**E**xite Sion filiæ Regis

puer

pudicæ virgines. Christi co-  
 ronam cernite. Quam mater  
 ipsa texuit. **H**orret reuulsis  
 crinibus. Spinis cruentatum  
 caput. Et vultus ille decolor.  
 Mortem propinquam respicit.  
**Q**ua terra sulcis in uia. Dumis  
 rigens & fenibus. Lugubre mu-  
 nus protulit. Quæ sævâ messu-

it

✠ it manus. **C**hristi rubescens  
 sanguine. **A**culeos mutat rosas,  
 Palmāque vincens fructibus. **S**pi  
 na est triumphis aptior. **C**ul  
 pis fata mortaliū. **T**e Christe  
 spina vulnerant. **E**uelle nostras  
 cordibus. **T**uamque nostris in  
 se re. **V**irtus honor laus glori  
 a. **D**eo Patri & Filio. **S**ancto si

mul

mul Paraclito In saeculorum ✠  
 saecula. *Ad Laudes*  
*Hymnus.* **A**men.  
**L**egis figuris pingitur  
 Christi corona nobilis. **I**mple  
 xa spinis victima. **A**rdensque  
 testatur rubus. **A**rcam coro  
 na cinxerat. **M**ensaque sacru  
 circulu. **A**ramque thure fumi  
 dam. **C**orona nectit ambiens.



✠ **C**hristi dolorum conscia Sal  
 ue corona gloriæ Gemmis &  
 auro pulchrior. Vincens co  
 ronas siderum. **V**irtus ho  
 nor laus gloria. Deo Patri &  
 Filio. Sancto simul Paraclito.

In sæculorum sæcula *Ame.*  
 In Assumptione Beate Mariæ  
 Virginis.

*Ad Vesperas Hymnus*

**O** quam glori fica luce

coruscas. Stirpis Dauidicæ  
 regia proles: Sublimis resi  
 dens Virgo Mari a. Supra  
 cæli genas ætheris omnes.  
**T**u cum virgi neo  
 Mater honore Angelorum  
 Domino pectoris aulam  
 Sacris visceribus casta  
 paras t. Natus hinc Deus

✠ est Copore Christus. **Q**uē  
 cunctus venerans orbis ado-  
 rat. Cui nunc rite genu flecti-  
 tur omne: A quo te petimus.  
 subueniente, Abiectis tenebris  
 gaudia lucis. **H**oc largire  
 Pater luminis omnis, Natum  
 per proprium Flamine sacro:  
 Qui tecum nitida viuit in x.

thra

thra, Regnans ac moderans ✠  
 sacula cuncta. **A**men.  
*Ad Vigilias. Hymnus Quem*  
*terra, & 2. folio 3. Ad Laudes*  
*Hymnus O gloriosa Domina fol. 5.*  
*In festo SPatris nostri Bernar-*  
*di Abbatis.*  
*Ad Vesperas. Hymnus.*  
**B**ernardus Doctor in-  
 clytus, Coelos conscendit ho-  
 die. Quem attraxit diuinitus.  
 Splendor paterna gloria.  
**E**xultet Caelum laudibus,

De



✠ De Bernardi consortio: Quem con  
 iungis cælestibus. Iesu nostra  
 redemptio. **R**ufum dorso  
 per catulum. Præfigurasti pue  
 rum: Fore Doctorem sedulum.  
 Condi tor al me siderū. **N**as  
 cen tis ei claruit. Clara Christi  
 natiuitas: Hoc à te donum habuit  
 O lux bea ta Trinitas **A**rca

na sacra pagina Declarat & mys ✠  
 terium Quod effecit in Virgine.  
 Deus Creator omnium. **R**ore  
 per fusum gratia. Monstrat  
 dulcor eloqui j: Per te fons la  
 pientia Summi largitor præ  
 mij. **D**e ten tos à dæmoni  
 bus Sanat. morbos languenti  
 um Curat confert do lentibus

♫ Magnum salutis gaudium.

**V**ita viuit feliciter Cum

Maria Christifera. Cum qua de  
gustat dulciter Æter na Chris-

ti munera. **S**umma Deus poten-

tia. Tibi sit laus & gloria: Da post

cursum mi seria Bea ta nobis

gaudia. Amen. *Styl. Vi-  
gilia  
Hymne*

**B**ernardus inclytis ortus

nata

nata libus. Præclarus me ritus. 79.

cum claris fratribus. Fugit in ab-

ditis paternis opibus. Spretis

& mundi foscido. **L**atrator

strenuus sanctus ex u tēro. Do-

ctor præci pius nectare su-

pēro: Vigil assiduus sub salu-

tifero. Monstratur matri catulo.

**T**ardant vigilia dormit ad

estiu



ostium. Mox venter Maria pro-  
 ducit Filium. Laudis homilia pro-  
 uocant studium. Da puer num-  
 mos clanculo. Pulsante, foemina,  
 latrones, claudit. Defixa lu-  
 mina stagno precipitat. Abhor-  
 ret carmina, luxum suppeditat.  
 lacta cedit in lectulo. **S**it laus  
 inge nito, decus & gloria. Ab

Vnige nito sit reis venia: No. **S**  
 bis Paraclito praestante gaudia,  
 In infinito saeculo. **A**men. **Ad**  
**L**audes  
**I**nter Cistercium cum trice-  
 nario. Fratris conu bium sol-  
 uit re ligio; Girardus hostium  
 perfossus gladio. Liber exit cu  
 vinculo. **I**ussu Pontificis obe-  
 dit rustico. Oteum ca licis bi-

bit pro thetico. Stat in veridicis

corde propheticis. Pastrum eo

a quat annulo. **S**cribit E. pisto,

lam in imbris meo die. Musca

para bolam affert extinctio:

Foeminam discoloram plenam

damonio. Curat crucis signacu

lo. **M**aria cithara scripturis

explicat. Spoliat tar tara, func

tos vi uificat. Nec non gens

barbara hunc sanctum pradi,

cat. Ore stylo miraculo. **S**it laus

In festo Exaltationis S. Crucis

ad Vespera hymn. Vexilla Regis

ut sup. folio. Ad Vigilia h.

Pange lingua & ad Laudes

Lultris sex & ad In festo SS

Angeloru Custodi Ad Vesperas

& ad Vi

galias Hymn.

**C**ustodes homi

num psallimus An gelos.

Natura fragili quos Pater

addidit Caestis comites.



infidi tantibus Ne succumbe  
 ret hostibus. **N**am quod  
 cor ruerit proditor Ange  
 lus Concessis me rito pul  
 lus honoribus. **A**rdens  
 inuidia pelleret nititur.  
 Quos caelo Deus aduocat,  
**H**uc custos igitur per  
 uigil ad uola. Auertens

patria

pa tria de tibi credita Tam  
 morbos animi qua requi  
 escere. Quidquid non sinit  
 incolas. **S**ancta sit Triadi  
 laus pia iugiter. Cuius per  
 pe tuo numine machina  
 Triplex hac regitur: cuius  
 in omnia Regnat gloria  
 saecula. Amen. *Styl Lau  
des Hyar*

**O**mnis Pater optime.  
 Qui quidquid est. poten tia.  
 Magna creasti. nec regis Mi  
 nore p'ouidentia **A**desto  
 supplicantium Tibi reorum.  
 coe tui: Lucisque sub cre  
 puscum. Lucem nouam  
 da mentib s. **T**uusque no  
 bis Angelus. Signatus ad

culto

culto diam. Hic adfit a **S**  
 contagio. Qui crimiu nos  
 protegat. **S**erpentis nobis  
 a muli Calumnias extermi  
 net Ne rete fraudulentia  
 Incauta nectat pectora.  
**M**etum propellat hostiu.  
 Nostris procul de finibus:  
 Pacem procuret ciuium.

Fugetur



§ Fugetque pestilentiam. **D**eo  
 Patri sit gloria. Qui quos rede-  
 mit Fi lius. Et sanctus vixit  
 Spiritus. Per Angelos custodi.  
*In festo omnium  
 Sanctorum Ad Vel-  
 at Amen. peras & Vigiliis. Hym.*

**C**hris te Redemptor  
 om nium. Confer ua tuos  
 fa mulos Beatae semper Vir-  
 ginis Placatus sanctis pre-

cibus

cibus. **B**e a ta quoque ag. §  
 mina Caestium Spiri tuu:  
 Praterita. presentia Futura  
 mala pel lite. **V**a tes aet-  
 ni lu dicis Apostolique  
 Do mini Suppliciter expos-  
 cimus. Saluari vestris pre-  
 cibus. **M**ar ty res Dei in-  
 clyti. Confesso resque lu-

cidi.

Accidi Vestris orationibus.

Nos ferte in caelestibus

Chorisanctarū Virgīnū.

Monachorumquē omnīū.

Simul cum Sanctis omnibus

Consortes Christi facite.

Genitricem auferte per fidem

Credentium de finibus:

Ut Christo laudes debitas

Perfol

Perfoluamus a laudibus.

Gloria Patri in genito.

Eiusque unigenito unacum

sancto Spiritu in sempiterna

saecula. Amen. *Ad Laudes Hymn*

Jesus Saluator seculi Re-

demptis ope subueni. Et

propter Dei Genitricem salutem

postulabis. Coetus

omnes



☩ omnes Angelici Patriarcharū  
 cuncti. Et Prophetarum meri-  
 ta. Nobis precentur veniam.  
**B**aptista Christi prauius. Et  
 clauiger athereus. Cū ceteris  
 Apostolis Nos soluant nexu  
 criminis **C**horus sacratus  
 Martyrum Confessio Sacer-  
 dotum. Et virginalis castitas.

Nos

Nos a peccatis abluant. **M**o, 95.  
 nachorum suffragia. Omnes  
 quē ciues caelici. Annuant vo-  
 tis supplicum. Et vitæ poscāt  
 praemium. **L**aus honor vir-  
 tus. gloria. Deo Patri & Fili-  
 o. Sancto simul Pa tricitate In  
 saeculo rum saecula. Amen  
 In festo omnium S. Monach-  
 horum. Sd. Vesperas & ad  
 Laudes & Hymnus.

**A** Vete solitudinis,  
 Claustrique mites incola.  
 Qui pertulistis impios  
 Catus furen tis tartari.  
**G**emmas & auri pondera  
 Et dignitatum culmina,  
 Calcastis & foedissima,  
 Quae mundus of fert gau  
 dia. **V**obis o lus cibaria

Fue re vel legumina Potu 98.  
 que lympha prabuit. Hum  
 usque du ra lectulum.  
**V**ixistis inter aspides.  
 Sauiis que cum Draconibus.  
 Portenta nec teterrima.  
 Vos terrue re daemonu  
**R**ebus procul mortalibus  
 Mens auolabat feruica,



Diuumque iuncta coctui.

Haerebat inter sidera.

**S**ummo Parenti calitum.

Magna que Proli Virginis

Sancto simul Paraclito.

Sit summa laus & gloria. Amē.

**S**anctorum me *Ad Vigilias* **Hymno**

ritis inclyta gaudia Pan-

gamus socij. gesta que sc̄tia.

Nam

Nam gliscit animus. prome 97.

re cantibus. Victorum genus

optimum. **H**i sunt quos re-

tinens. mundus inhorruit.

Ipsam nam sterili flore per-

aridū. Sp̄uere penitus teq̄

secuti sunt Iesu Rex bone-

calitus. **Q**ua vox qua po-

terit lingua retexere: Quæ

tu cœlitibus munera præpa-  
 ras. Hi nam perpetuo. Sangui-  
 ne laureis. Ditantur bene fulgi-  
 dis. **T**e summa Deitas vna  
 que poscimus. Ut culpas ablu-  
 as. noxia subtrahas. Des pacē  
 famulis. nos quoque gloriā  
 Per cuncta tibi sæcula. Amen.  
*In festis Apostolorū & Euan-  
 gelistarum extra tempus Paschale  
 ad Vesperas. & ad Laudes  
 Hymnus.*

**F**ulget cœli laudibus  
 Resuldet terra gaudiis.  
 Apostolorum gloriā Sa-  
 cra canunt solemnia. **V**os  
 sacri iusti iudices. Et vera  
 mundi Lumina. Votis præ-  
 camur cordium. Audite præ-  
 ces supplicum. **Q**ui cœlum  
 verbo clauditis. Serasque



eius soluitis. Nos a pec  
 catis omnibus. Soluite iustu  
 rum. **Q**uorum praecep  
 to subditur. Salus & languor  
 omnium: Sanate agros mori  
 bus. Nos reddentes virtutib<sup>9</sup>  
 Ut cum Iudex aduenerit.  
 Christus in fine saeculi. Nos  
 sempiterni gaudiij Faciat

esse

esse compotes. **D**eo pa  
 tri sit gloria. Eiusque soli  
 Filio. Cū Spiritu Paraclito.  
 Et nunc & in perpetuum. **A**terna Christi  
 munera. Apostolorum glo  
 riam Laudes *canentes* de  
 bitas. Latius canamus men  
 tibus. **E**ccliesiarum prin

cipes

accipies. Belli triumphales du-  
 ces. Caelestis aule milites. Et  
 vera mundi Lumina. **D**evo-  
 ta Sanctorum Fides. Inuicta  
 Spes credentium. Perfecta  
 Christi Caritas. Mundi tri-  
 umpat principem. **I**n his  
 paterna gloria. In his volun-  
 tas Spiritus. Exultat in his

Filius.

Filius. Caelum repletur gau-  
 dio. **T**e nunc Redempto qua-  
 sumus. Ut ipsorum consortio. lun-  
 gas precantes seruulo In sem-  
 piter na saecula. **Et** men-  
 Tempore Paschali.  
*Ad Vesperas & ad Vigilias*  
*Gymnius.*  
**T**ristes erant Aposto-  
 li. De ne ce sui Dñi Quem  
 morte crudelissima. Serui

damna



✠ damnarunt impij. **S**ermo  
 ne blandō Angelus Prædixit  
 mulieribus: In Galilæa Domin⁹  
 Videndus est quantocitus,  
 ¶ Illæ dum pergunt concita  
 A postolis hoc dicere Vidē  
 tes eum viuere. Christi te  
 nent vestigia. **Q**uo agnito  
 discipuli. In Galilæam pro

pere

pere Pergunt videre facie ✠  
 Delideratam Dni. **Q**ua sum⁹  
 Auctor omniū In hoc Pa  
 schali gaudio. Ab omni  
 mortis impetu Tutum de  
 fende populū. **G**loria  
 tibi Dñe. Qui surrexisti a  
 mortuis. Cū Patre & sancto  
 Spiritu In sempiterna sæcula.

**C**laro Paschali Hymnis.

Ad Lau  
des

gaudio Sol mundo nitet  
radio. Cum Christū iā Apos.  
toli. Visū cernut corporeo.

Offensa sibi vulnera. In Chri  
sti carne fulgida. Resurrexisse  
Dominum. Voce fatentur pu  
blica.

**R**ex Christe clemen  
tissime. Tu corda nostra possi

de. Ut tibi laudes debitae.

Reddamus omni tempore.  
Quisumus Auctor Gloria & vtu.  
pna folio. 105. In festo Vnius  
Martyris. Ad Vespera & Vigiliis.

**D**eus tuorum militum  
Sors. & corona. pramiū Lau  
des canentes Martyris Ab  
solue nexu criminis. Hic nē  
pe mundi gaudia. Et blandi  
menta noxia. Caduca rite



deputans. Peruenit ad ca-

lestia. **P**oenas cucurrit for-  
titer. Et sustulit *vi*ci liter

Pro te effundens sanguine

Aeterna dona possidet.

**O**b hoc precatu supplici

Te poscimus piissime. In

hoc triumpho Martyris Di-

mitte noxam seruulis.

Laus.

Laus et perennis gloria Deo

Patri et Filio, Sancto simul

Paraclyto, in sempiterna se-

cula. Amen. — Gloria tibi.

Domine, qui natus es de

Virgine, cum Patre et Sancto

Spiritu in sempiterna secula.

*Fête de plusieurs Martyrs.*

Sanctorum meritis inclita

gaudia pangamus socii,  
gestaque fortia: Nam glis.  
cin animus promere cantibus,  
Victorum genus optimum.—  
Hi sunt quos retinens  
mundus inhorruit: Spum  
nam sterili flore per aridum,  
Sprevere penitus teque seculi.  
dum, Rex Christe bone cœ.

litus. — Hi pro te furias  
atque ferocia, Calcarunt  
hominum, deaque verbera,  
Cessis his lacerans fortiter  
ungula, Nec carpsit pene.  
tralia. — Cœduntur gladiis  
More bidentium, Non mur.  
Mur resonat non querimonia;  
Sed corde tacito mens bene



conscia, Conseruat patienti.  
am. — Quæ vox quæ pa-  
poterit lingua retexere,  
Quæ tu Martyribus Munera  
preparas? Rubri nam flui-  
do sanguine laureis, Ditan-  
tur bene fulgidis. — Te  
Summa Deitas unaque  
poscimus, Ubi culpas ablu.

as noxia subtrahas, Deo  
pacem famulis nos quoque  
gloriam, Per cuncta tibi  
Decula. — Amen. —

Pour le Temps Pascal, Vêpres.  
Rex gloriose Martyrum,  
Corona confitentium, Qui res-  
pientes terrea; Perducis ad  
caelestia. — Orem benignam.

prolinus, Oppone nostris  
vocibus; Trophæa sacra  
pangimus, Ignosce quod  
deliquimus. — Tu vincis in  
Martyribus, Parcendo Con-  
fessoribus, Tu vince nostra  
crimina, Donando indulgenti-  
am. — Deo Patri sit gloria,  
Ejusque soli Filio, Cum Spi-

ritu Paraclito, Et nunc et  
in perpetuum. — Amen. —  
Gloria tibi Domine, Qui  
Surrexisti a Mortuis, cum  
Patre et Sancto Spiritu in-  
deempiterna. — Amen.  
*Hymne pour les Confesseurs.*  
Dote Confessor Domini sacra-  
tus, festa plebs ejus celebra



per orbem, Hodie lætus  
Meruit decreta, Scandere  
Cæli. — *Si Non en. dies obitus, dicatur.*  
Hæc die lætus meruit supre-  
mos, Laudis Honores. —  
Qui pius, prudens, humilis,  
pudicus, Sobrius castus fuit,  
et quietus, Vita dum præ-  
sens vegetavit ejus Corporis.

artus. — Ad sacrum ejus  
tumulum frequenter, Membra  
languentium modo Sanitati,  
Quolibet Morbo fuerint gra-  
vata, Restituuntur. — Un-  
de Nunc Noster chorus in  
honorem, Ipsius, hymnum ca-  
nit hunc libenter, Ubi pius  
ejus meritis juvemur, Omne

per caelum. — Sic salus  
illi, decus, atque virtus,  
Qui supra Caeli residens  
caelum, Totius mundi Ma-  
chinam gubernat, Trinus et  
unus. — Amen. —

Pour les Confesseurs 12 Leçons, n. 28.

Iste Confessor Domini sa-  
cratus, Festa plebs cuius ce-

lebrat per orbem, Hodie læ-  
tus meruit secretæ, Scandere  
Caeli. — Si non. an. dies. vilis. dicatur. Hæc die  
lætus meruit supremos, Laudis  
honores. — Qui pius, prudens,  
humilis, pudicus, Sobrius, cas-  
tus, fuit et quietus, Vita dum  
prædens vegetavit ejus, Corpo-  
ris artus. — Ad sacrum cu-



ius tumulum frequenter,  
Membra languentum modo  
Sanitati, Quolibet morbo  
fuerim gravata, Restituuntur.  
Unde nunc noster chorus in  
honorem, Ipsius, hymnum ca-  
nu libenter, Ubi piis  
ejus meritis juvemur, Omnes  
per ceum. — Sit Salus illi,

decus atque virtus, Qui supra  
Caeli residens cacumen, Toti  
us mundi machinam gubernas,  
Trinus et unus. — Amen. —

— Hymne de Laudes. *Soliste.*

Jesu Redemptor omnium, Per  
pes corona Præsulum, In ac-  
die clementius, Vostros faceto  
precibus. — Cui sacri quæ

Nominis, Confessor alme,  
clarum, Hujus celebrat. an.  
nua; Devota plebs solem.  
nia, Qui rite Mundi gaudia.  
Hujus caduca respuens, Cum  
Angelis caelestibus, Laetus  
potitur premiis. — Hujus be.  
nignus annue, Nobis sequi.  
vestigia: Hujus precatu der.

culus, Dimitte noxam cri.  
minis. — Si. Christe rex.  
piissime; Tibi, Patrique glo.  
ria, Cum Spiritu Paraclito,  
et Hunc et in perpetuum.

— Amen. —

*Antiph.* — Hymne de Laudes. —  
Jesu corona celsior, Et veri.  
tas sublimior, Qui confitenti



Seroulo, Reddis perenne proe-  
mium. — Da supplicanti,  
caelii, Obtentu huius optimi,  
Remissionem criminum, Ruum  
pendo nexum vinculi. — On-  
ni reverso tempore, Dies il-  
luxis lumine, Quo sanctus  
hic de corpore, Solum mi-  
grauit praepotens, — Hic

vana terrae gaudia, En  
luculenta praedia, Tolluta  
sorde deputans, Quans te-  
neri caelestia. — Te Christe  
Rex piissime, Hic confiten-  
do jugiter, Calcas hostem  
fortiter, Superbum ac satel-  
litem — Virtute clarus ex Fide  
Confessionis ordine, Jejuna

Membra deferens, Dapes  
Supernas obtinet. — Troinde  
te piissime, Precamur om-  
nes supplices, Ut hujus  
almi gratia, Vobis remit-  
tas debita. — Gloria Pa-  
tri Domino, Gloria Uni-  
genito, Una cum Sancto  
Spiritu, In sempiterna

decula. — Amen. —

Hymne des Vierges.

Jesu Corona Virginem,  
Quem Mater illa concepit,  
Quae sola Virgo parturit:  
Haec vota clemens accipe. —  
Qui pacis inter lilia,  
Septus Choris Virginum,  
Sponsus decorus gloria,



Sponsisque reddens praemia,  
Quocumque pergis Virgines,  
Sequuntur, atque laudibus,  
Post te canentes cursitantis,  
Hymnosque dulces personantis.  
Te deprecamur largiue,  
Vostros adauge densibus,  
Viscere prorsus omnia,  
Corruptionis vulnera.

Laud, honor, virtus gloria,  
Deo Patri, et Filio;  
Sancto simul Paraclito,  
In seculorum secula. Amen.

Hymne des Ste. Vemee.  
Fortem virili pectore,  
Laudemus omnes feminam,  
Quae sanctitatis gloria,  
Ubique fulget inelyta.

Voce Christi amore saucia,  
Dum mundi amorem loquium,  
Horrescit ad Coelestia,  
Iter peregrin. arduum. —  
Carnem domans jejuniis,  
Dulciq; mentem pabulo,  
Orationis nutriens;  
Caeli potitur gaudiis. —  
Rex Christe virtus fortium.

Qui magna solus efficit,  
Hujus precatu, quaerimus,  
Audi benignus supplicem. —  
Deo Patri sin gloria,  
Ejusque soli Filio;  
Cum Spiritu Paraclito,  
Et nunc, et in pertuum. —  
Vmen. —



Hymne d'un Martyr.

— O Laudes. —



Martyr Dei, qui unicum,  
Patris sequendo Filium,  
Victis triumphas hostibus,  
Victor fruens caelestibus,  
Cui precatus munere,  
Nostrum reatum Diluo  
Creans Mali contagium,

Vitæ removens tædium,  
Soluta dum jam vincula,  
Cui sacrati corpora;  
Nos solve vinclis seculi,  
Amore Filii Dei.  
Deo Patri, Sit gloria,  
Ejusque soli Filio; Cum  
Spiritu Paraclito, Et nunc,  
Et in perpetuum. Amen.

Hymne de la Dedicace  
O Vespres, et O Matines.  
Urbs Jerusalem beata, Dicta  
pæcis visio, Quæ construitur  
in Cælis, Visio ex lapidibus,  
Et Angelis coronata, Vis  
Sponsata comite. — Nova ve-  
niens e Cælo, Nuptiali thal-  
amo, Præparata ut Sponsata,



Copulemur Domino: Plateæ  
et muri ejus, Ex auro puris-  
simo. — Portæ nitenti Margari-  
tis, Odytis patentibus; Et vir-  
tute Meritorum, Illuc introduci-  
tur, Omnis qui ob Christi no-  
men, Hic in mundo premitur  
Cunsionibus pressuris, Expoliti  
lapides, Suis coaptantur locis,

Per manus artificis, Dispo-  
nuntur permansuri, Sacris edi-  
ficiis. — Gloria et honor Deo,  
Usquequaque Altissimo, Una  
Patri, Filioque, Inelyto Para-  
clito, Cui laus est et potestas,  
Per æterna secula. — Amen.

— Hymne de Laudes. —  
Angularis fundamentum, Lapis

Christus missus est, Qui pa-  
rietum compage, In utroque  
nectitur, Quem Sion sancta  
suscepit, In quo credens per-  
manet. — Omnis illa Deo sa-  
cra, Et dilecta Civitas, Plena  
modulis in laude, Et canore  
jubilo, Trinum Deum Uni-  
cumque, Cum seroore praedica-

Hoc in templo summe Deus,  
Exoratus adveni: Et clementi-  
bonitate, Precum vota suscipe;  
Largam benedictionem, Hic in-  
funde jugiter. — Hic promere-  
antur omnes, Petita acquirere,  
Et adempta possidere, Cum  
sanctis perenniter, Paradisum  
introire, Translati in requiem.



Gloria et honor Deo, V's.  
quequaque Altissimo, Unas  
Patri, Filioque, Inelyto Deo  
raelito, Cui laus est et potes-  
tas, Per aeterna secula.

Amen.

Hymne du S<sup>t</sup> Sacrement.  
Christus lux indeficiens,

Cibus nos carne dulciter,  
Et potus Nos Reficiens,  
Suo sanguine pariter.

Vera caro quam sumimus,  
Quam assumpsit ex Virgine;  
Verus sanguis quem bibimus,  
Quem effudit pro homine.

O caeleste convivium!  
O beatorum gloria!

  
O requies humilium !  
  
Duc nos ad caeli gaudia,  
  
Praesta Pater per Filium,  
  
Praesta per alium Spiritum,  
  
Quibus hoc das edulium,  
  
Felicem dones exitum.

— Amen. —

Hymne de Laudes.

Panis iste dulcedine,

Totus est plenus gratiae,  
Gestatus alio Virginis,  
Summae Deus clementiae.  
Hujus panis Angelici,  
Saginemur pinguedine,  
Tam diu vis Viatici,  
Delectemur dulcedine.

O Celeste convivium !

O beatorum gloria !



Requies humilium !

Duc nos ad caeli gaudia .

Presta Mater per Filium ,

Presta per alium Spiritum ,


Quibus hoc sacra edulium ,


Felicem dones exitum .


Amen.


Hymne de la Fête de


l'Immaculée Conception.


  
Dei Virgo Maris Stella, Dei


  
Mater alma : Quae sem-

  
per Virgo, felix caeli por-

  
tas. — Sumens illud Ave,

  
Gabrielis ore ; Funda nos in

  
pace, Mutans hoc nomen. —

  
Solve vincla reis, Profer

lumen caecis, Mala Nostra  
pelle, Bona cuncta posse  
Monstra te esse Matrem,  
Sumas per te preces, Qui  
pro nobis natus, Tulus esse  
tuus. — Virgo singularis,  
Inter omnes mitis: Nos  
culpae solutos, Mites fac,  
et castos. — Vitam praesta

puram, Iter para tutum;  
Ubi videntes Jesum, Sem.  
per collectemur. — Sit  
laus Deo Patri, Summo  
Christo decus: Spiritui  
sancto, Tribus honor unus.  
Amen.



Hymne de Laudes.

O Gloriosa Domina,  
Excelsa super sidera:  
Qui te creavit provide,  
Lactasti sacro ubere.  
Quod Eva tristis abstulit,  
Tu reddis almo germine;  
Intrent in astra flebiles,  
Caeli fenestra facta es.

Tu regis alti janua,  
Et porta lucis fulgida:  
Vitam datam per Virginem,  
Gentes redemptæ plaudite.  
Gloria tibi Domine,  
Qui natus es de Virgine:  
Cum Patre, et Sancto Spiritu,  
In sempiterna secula.  
Amen.